

III

liquido cognoui. Quis enim magistrat^o alius ipse per sese
 alius per suos ad me nuncios non plane ostēdit q̄ ægre &
 pmolestē ferret illā in me omnē iniuriā: Nonne ipse octo
 uiri quos custodia nominatis: quibusq; reipub. tutela ois ac
 salus mandata ē: & bis & iterū ierunt ad me: quo fierēt ex
 meis certiores: quos nā habere suspectos: qui id in me fa
 cinoris perpetrassent: Et cum ipse ijs de rebus eloqui ni
 hil uellem: quippe qui id sine aliqua publica turbatione in
 lucē proferri nullo pacto posse censerem: nōne publicam
 ei mercedē decreto publico statuerūt: qui aut patratore
 facinoris uiuū enecatūue dedidisset: aut qui fuerāt uel au
 ctōres: uel cōscij detulisset. Quin etiam plerosq; admotos
 quæstionibus: & uarijs cruciatib^o: quo rem indicaret: acer
 bissime afflictos obliuisci nūq̄ potero. Quid multis: Quæ
 cunq; in me beneficia collata Florentiæ sunt: quæ & plu
 rima fuerunt & maxima: ea omnia & cōmuni: & una: &
 cōsentiētī: & eadem omniū optimatiū populiq; mēte col
 lata sunt. Iniuriæ uero quātūcūq;: aut illatū: aut optatū est:
 id paucorū eorūq; improborū ac proditorū inuidiæ semp
 dedi. Sed unum illud & quē istic aderam: maximi semper
 feci: & absens perpetua memoria prædicationeq; præ me
 tuli: nihil unq̄ Florentiæ a me temptatū: quod non ex sen
 tentia modo: sed etiā cumulatius atq; fœlicius: q̄ fuissē
 optare ausus: consecutus non fuerim. Itaq; merito uos ui
 ri Florentini optimoq; iure amoꝝ ^{coloso admiror} ueneror
 Et quas referre non possum: ingentis habeo uobis p̄ sum
 mis & imortalibus uestris erga me beneficijs & sempiter
 nas gratias. Atsi minus ^{non} re^{gratitudinē} animi mei possum:
 nonne saltē uolūtate ^{eam} declarare uobis: Testor autem
 deum ipsum: quæcunq; dicturus sum: eo me cōfiliō: ea fi
 deseō desiderio: ea pietate dicturum: ut reb^o uestris: quas
 & præcipites & breuis: quod omen diuina benignitas auer
 tat: perituras intueor: & q̄tutissime: & q̄optime prospicia
 tur. Quare uos per salutē: p̄ incolumitatem reip. uestræ ro
 goꝝ & supplicibus oro precibus: ut omni perturbatione ua
 cuiꝝ quæ a me fideliter pieq; dicentē: q̄ diligentissime atten
 datis: cognoscatis: iudicetisq;. Qui hominū cœtus primū

g